



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentariorvm, Ac Disputationvm, In Tertiam Partem Divi Thomae. Tomi Qvinque

Qui Est Primvs De Sacramentis: In Qvo Ea Continentvr, Qvæ Post
Præfationem Indicantvr

Suárez, Francisco

[Köln], 1619

Disputatio LXVII. De obligatione repellendi indignos à communione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93807](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93807)

Respondeo dicendum, quod circa peccatores distinguendum est. Quidam enim sunt occulti, quidam vero manifesti, scilicet, per evidentiam sacrificii publici usurarii, aut publici raptores: vel etiam per aliquod iudicium Ecclesiasticum, vel seculari. Manifesti ergo peccatoribus non debet, etiam potentibus, sacra communio dari. Vnde Cyrillus scribit ad quemdam. Pro dilectione tua consulendum me existimasti, quid mihi videatur de his trionibus, & mago illo, qui apud vos constitutus, adhuc in artis sua de decore perseverat: ant talibus sacra communio cum ceteris Christianis debeat dari: puto nec maiestati diuinae, nec Euangelicæ disciplinae congruere, ut pudor & honor Ecclesie tam turpi & infami contagione sedetur. Si vero non sunt manifesti peccatores, sed occulti: non potest eis potentibus sacra communio denegari. Cum enim quilibet Christianus ex hoc ipso, quod est baptizatus, sit admissus ad Dominicam mensam, non potest eius ius tolli, nisi pro aliqua causa manifestata. Vnde super illud 1. Cor. 5. Si tu, qui frater nuncinatur inter vos, &c. dicit Glossa Augustinus. Nos a communione quæquam prohibere non possumus, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo iudicio Ecclesiastico, vel seculari nominatum, atque conuictum potest tamen Sacerdos, qui est conscius criminis, occulte monere peccatorem occultum, vel etiam in publico generaliter omnes, ne ad mensam Domini accedant, antequam de peccatu poeniteant, & Ecclesie reconcilientur. Nam post poenitentiam & reconciliationem, etiam publicis peccatoribus non est communiatio deneganda, precipue in articulo mortis. Vnde in Concilio Carthagenensi legitur. Scenici, atque his trionibus, ceterisque huiusmodi personis, vel apostatis conuersis ad Deum, reconciliatio non negetur.

Ad primum ergo dicendum, quod sancta prohibentur dari canibus, id est, peccatoribus manifestis. Sed occulta non possunt publice puniri sed sunt diuino iudicio referenda.

Ad secundum dicendum, quod licet peius sit peccatori occulto peccare mortaliter, sumendo corpus Christi, quam infamari, tamen Sacerdoti ministranti corpus Christi, peius est peccare mortaliter, infamando iniuste peccatorem occultum, quam quod ille mortaliter peccet, quia nullus debet peccatum mortale committere, ut alium liberet à peccato. Vnde Augustinus dicit in libro 2. super Genesim. periculosissime admittitur hec compensatio, ut nos faciamus aliquid mali, ne alius grauius malum faciat. Peccator tamen occultus potius debet eligere infamari, quam indignè ad mensam Domini accedere. Hostia tamen non consecrata nullo modo debet dari loco consecrata, quia sacerdos hoc faciens, quantum in se est, facit idololatrare illos, qui credunt esse hostiam consecratam, siue alios presentes, siue etiam ipsum sumentem, quia, ut Augustinus dicit, nemo carnem Christi manducat, nisi prius adoret. Vnde extra de celebratione missarum. c. ex hominem, dicitur. Licet is, qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum, peccet grauius, si se ingerat irreuerenter ad illud, grauius tamen videtur offendere, qui fraudulenter illud presumpserit simulare.

Ad tertium dicendum, quod decreta illa sunt abrogata per contraria documenta Romanorum Pontificum. Dicit enim Stephanus Papa. Ferri candentis, vel aque feruentis examinatione, confessionem extorqueri à quolibet, sacri canones non concedunt. Spontanea enim confessione, vel testimonio approbatione, publicata delicta commissi sunt regimini nostro iudicare, occulta vero, & incognita illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorum hominum. Et idem habetur extra de purgationibus. c. Ex tuarum. In omnibus enim talibus esse videtur detentatio, vnde sine peccato fieri non possunt. Et grauius videretur, si in hoc sacramento, quod est institutum ad remedium salutis, aliquis incurreret iudicium mortis. Vnde nullo modo corpus Christi debet dari alicui suspecto de crimine, quasi ad examinationem.

Materia huius articuli pertinet potius ad obligationem ministrorum, de quibus postea dicturi sumus, quam ad obligationes communicantium, de quibus nunc agimus. Tamen à D. Th. hoc loco infer-

ta est, quoniam connexionem quandam habet cum præcepto digne communicandi, de quo hæc tenus disputatum est. Igitur, ne inuertam ordinem à D. Th. seruatum, eam hoc loco expediemus, & disputando de ipsa re, simul declarabimus D. Th. contextum & doctrinam, nam circa literæ explicationem nulla specialis difficultas occurrit.

DISPUTATIO LXVII.

De obligatione repellendi indignos ab usibus sacra-
mentis.

Rimur omnium explicabimus generale præceptum, & quale illud sit: quoniam vero illud latissimum est, & variis casibus morales complectitur, trademus postea quædam generalia principia, seu regulas quædam, quibus explicemus, quomodo huiusmodi præceptum seruandum sit.

SECTIO I.

Vtrum teneantur ministri huius sacramenti non dari illud homini existenti in peccato mortali.

Respondeatur, certum esse habere ministros huius sacramenti hanc obligationem simpliciter & absolute loquendo. Ita docet D. Th. in hoc articulo. Alex. Ale. len. 3. p. q. 48. Albert. in 4. d. 13. art. 17. Reliqui Doctores res d. 9. Bonau. art. 2. q. 5. Richard. ar. 3. q. 2. Palud. q. 4. Durand. q. 5. Gabr. 2. d. Antonin. 3. p. tit. 14. ca. 11. Nauar. in Sum. c. 11. n. 55. & in c. Sacerdos de poenitent. d. 1. c. 3. n. 101. Syluest. verbo, Eucharistia 3. & reliqui Summistæ. Ratio est, quia Sacerdos tenetur non dare laicis canibus, & non tractare indigne tantum sacramentum, ergo tenetur, per se loquendo, non dari illud homini indigno. Et confirmatur ex eo, quod de omnibus, ut in superioribus dictum est: ergo multo magis in hoc, quod est cæteris dignius, locum habet.

Ex quibus sequitur primo, hanc obligationem oriri ex ipsa lege naturali ac diuina, supposita talis sacramenti institutione, & potestatem ac munere commissio Sacerdotibus: Primo quidem, quia hoc ipso, quod facti sunt dispensatores mysterium Dei, tenentur esse fideles dispensatores, & prudentes ac conuenienti modo tantum sacramentum dispensare. Secundo, quia obligatio exhibendi reuerentiam huic sacramento, & digne illud tractandi, naturalis est, & intrinseca ipsius sacramenti dignitate orta: ad hanc vero pertinet obligatio non dandi sacramentum hoc indignis: sicut non proiciere illud in locum inanimatum, & similia. Tertio addi potest, naturalis obligatio esse non cooperandi alterius peccato, qui autem dat sacramentum indigno, cum possit illud vitare, peccato eius cooperatur.

Secundo sequitur, hoc præceptum tunc maxime obligare, quando Sacerdos potest commode, & sine inconuenienti, negare hoc sacramentum peccatori, etiam si ipse petat. Nam, si obligatio illa est diuina & naturalis, tunc maxime urgebit, & seruanda erit, quando sine vilo inconuenienti seruari potest. Dices, hoc ipso, quod peccator petit, non possit illi negari sine inconuenienti morali: nam ille habet ius perendi, ratione characteris baptismalis: ergo, si illi denegatur, negabitur illi ius suum, non seruato iustitiæ ordine: hoc autem videtur esse graue morale inconuenientum. Respondeatur, negando aliud præceptum, nisi peccator, dum est in eo statu, per se loquendo, reuera non habet ius ad perendum hoc sacramentum: quia non habet ius ad sacrilegum vsum eius: ergo nec ad petitionem sacrilegam, & Christo iniuriosam: solus n. character baptismalis non dat tale ius, neque in aliqua alia re fundari potest. Quod ita declaratur, & confirmatur. Nam baptismus, sicut dat characterem, qui est veluti potestas ad digne suscipiendum, ergo re ipsa non dat gratiam ad digne suscipiendum: ergo re ipsa non dat ius ad aliter suscipiendum: ergo, amissa gratia per peccatum

Lib. 1. epi. 10 in princ.

In lib. de medicina poen. 6. 3 in med. tom. 9.

In Con Car. 6m. 35.

In q. 24. to. 4.

In 2. 98. circa med. expositionis. Ioan. 8.

In Dec. lib. 3 tit. 31. c. 7. in fin.

Referitur ad 2. q. 4. ca. 21. Consultasti.

In Dec. lib. 3. 1. 34. ca. 8. Et in 177.

peccatum mortale, non manet in peccatore ius veru ac reale ad petendum hoc sacramentum, donec per claus Ecclesie; vel in ordine ad illas, ad priorem statum restituatur.

Tertio sequitur, si peccator non petat Eucharistiam, nunquam licere Sacerdoti inuitare illum ad communicandum, quamdiu in eo statu perseverat. Potest quidem consilium illi, vt penitentiam agat, & communicet: tamen inuitare eum, quem scit non egisse penitentiam, vt in eo statu communicet, per se malum est: tum, quia in eo casu potest facile & sine incommodo non dare sacramentum peccatori: tum etiam, quia illud esset non solum cooperari, sed etiam inducere ad malum. Dices, Christus Dominus generaliter dicens omnibus discipulis (Comedite) seu: bibite ex hoc omnes: inuitauit ludam ad communicandum, quado ipse non petebat. Responderi potest, Christum Dominum non solum fuisse dispensatorem, sed etiam supremum Dominum: imo fuisse ipsummet, qui datur in cibum: cuique iniuria fieri poterat indigne communicando: atque ita iuri suo cedere potuisse. Sed hoc non recte dicitur: quia non est dubium, non debuisse ex necessitate illa vri, vt ludam cum aliis ad communicandum non inuitaret. Sed neque hoc satisficit, quia falsum est: Christum in suis actionibus solum naturali scientia, & no supernaturali, vt debuisse: saepe enim illi necessarium erat, vt supernaturali cognitione, presertim ad exercendas supernaturales actiones, & vitandum, quicquid illis poterat esse contrarium. Quocirca, si actio illa fuisset inductio ludæ ad peccandum, quancumq; via ac ratione hoc illi constaret, debuisset actionem illam vitare. Dicendum est ergo, Christum non induxisse ludam ad peccandum, sed permisisse illius peccatum, suoque iure vsum fuisse: inuitit enim sacramentum eo tempore ac modo, quo secundum ordinem diuinae prouidentie magis expediebat, nec debuit propter ludam differre. Rursus non induxit ludam, vt in eo prauo statu communicaret, sed omnem diligẽtiam adhibuit, vt eum disponderet, ac cor eius immutaret: vnde ex parte sua, neq; induxit ad malum, neq; aliquid gessit dignitati huius sacramenti contrarium: aliunde vero ludas ibi assisens, vt bonis communibus cum ceteris Apostolis fruere- tur, virtualiter petebat, & a communi conuiuio excludi nolebat: & ideo non debuit Christus Dominus eum excludere, vt iterum in sequentibus dicemus.

Sed quæret aliquis, an Sacerdos vel Diaconus, communicans seipsum in peccato mortali, duo peccata committat. Videtur enim ex dictis sequi pars affirmans: quia ille violat duo præcepta valde distincta: alterum de receptione sacramenti cum dispositione digna, quod omnibus fidelibus commune est: alterum de fidelis, & prudente dispensatione, quod specialiter ad ministros pertinet: quæ duo præcepta tantum inter se differunt, quantum differunt inter se, dare, & recipere. Et confirmatur, nam, si Sacerdos det peccatori hoc sacramentum, dans & recipiens duo peccata committit specie distincta: nam aliud consistit in recipendo indigne: aliud in dispensando indeliter: sed, quando Sacerdos peccator communicat se ipsum, vtraq; ratio peccati ibi reperitur: quod autem persona sit eadem, non impedit, quo minus peccata sint distincta: ergo. In contrarium vero est, quia tota illa actio & receptio est per modum vnus actus moralis, cuius multæ circumstantiæ desunt ad honestatem eius: ergo est vnus peccatus: nam defectus plurimorum.

Franc. Suarez. Tom. 3.

rium circumstantiarum in vno actu non sufficiunt ad multiplicanda peccata: sicut Sacerdos celebrans in peccato mortali, non est dicendus plura peccata committere in vna continuata actione sacrificandi, quamuis in ea intercedat consecratio, dispensatio, & sumptio huius sacramenti: quia omnia hæc sunt per modum vnus actionis moralis, ad eadem virtutem religionis pertinentis.

Nihilominus dicendum videtur, ibi reperiri plures malitias, secundum moralem speciem diuersas, vt rationes prius factæ probant: quia moraliter aliud est agere, aliud recipere: & diuersas requirunt circumstantias: vnde illa coniunctio in eadem persona, vel entitate physica, aut in eadem, vel propinqua temporis duratione, no tollit malitiarum diuersitatem. Quapropter in ordine ad confessionem no est dubium, quin necessarium sit, vtrumq; aperire: non enim satis esset dicere dispensasse sacramentum in peccato mortali, vt est peccatum, nec etiam sufficeret dicere communicasse in peccato mortali: quia non explicaretur tota essentialis malitia: sed oportebit dicere, vel celebrasse in peccato mortali, quia in hoc omnia includuntur, vel si extra sacrificium se ipsum communicauit, oportebit illud explicare propter rationem factam, & præterea, quia in peccato mortali dispensauit tantum sacramentum: quod est nouum malitiae genus, vt postea dicemus.

Vtrum quæri potest, quando obliget hoc præceptum: cum enim negatiuum esse videatur, scilicet, non dandi sacramentum indigne, videtur, obligare semper, & pro semper, & consequenter, cum sit præceptum naturale, semper erit intrinsece malum contra illud agere: cum tamen constet, aliquando esse licitum dare hoc sacramentum peccatori. Quare dicendum est, hoc præceptum non esse simpliciter negatiuum, sed reducendum esse ad affirmatiuum, prudenter & fideliter dispensandi hoc sacramentum: quod quidem formaliter sumptum (vt sic dicam) semper seruandum est, quotiescuq; hoc sacramentum dispensatur: & hinc fit, vt, si commode possit, debeat indigno denegari, non tamen, quod semper denegari debeat cum quocumq; incommodo, & sine vlla exceptione, quod declarandum superest in sectionibus sequentibus.

SECTIO II.

Vtrum publico peccatori petenti Eucharistiam, semper sit deneganda.

Respondetur, si peccator publicus sit, siue publicè, siue occulte Eucharistiam petat, illi esse denegandam. In hac regula conueniunt auctores omnes, quos nunc non refero: quia in sequentibus sectionibus commodius id fiet. Probatum autem primo ex Patribus: Chryl. hom. 83. in Matth. sic ad Sacerdotes loquitur. Non parua vobis imminet pœna, si quem aliqua improbitate teneri scientes, ei huius mensæ participacionem permittatis: sanguis enim Christi de manibus vestris exquiretur: subdit vero inferius: Non de ignotis: sed de notis id disputo: & rursus. Hæc de notis & manifestis disputata sunt. Similia reperit hom. 60. ad populum, & in id. Pl. 49. Cui adulteris portionem tuam ponebas. Eadem doctrinam inculcat saepe Cypr. grauissime reprehendens eos Sacerdotes, qui peccatores post publicum lapsum, ante publicam penitentiam, & satisfactionem ad communionem admittunt: vt videre licet epist. 10. 17. & seqq. Præterea idem tradit Aug. lib. 50. hom. in vlt. c. 12. & habetur in c. Multi. 2. q. 1. vbi solum loquitur de his peccatoribus publicis, qui de crimine conuicti sunt: sed eadem est ratio de omnibus illis, quorum peccatum ita est publicum, vt nulla possit tergiversatione celari, vt constat ex c. Tua nos, & cæ. Quæsitum de cohabitatione clericorum, & mulierum, de qua re dicemus plura infra, sect. 5.

Secundo, ex hac generali regula oritur, vt omnes publici

Yyy 2

Solutio.

Dubium.

Chryl. hom.

Cyprian.

Augustinus

Peccatori publici

publici in iure publici peccatores, quales sunt usurarii, meretrices, & similes, in iure precipiantur a communione repelli, vt constat ex Clem. lib. 8. Concl. c. 32. & ex Conc. Arelat. l. c. 4. & 5. & ex Cypr. epi. 61. quibus locis varij status horum hominum recensentur, vt sunt hiltiones theatri, agitatores, & alij: de quib. sigillatim & copiose disputat Alenf. 4. p. q. 48. Sed non oportet in hoc immorari, quia inter hos omnes tantum est materialis quaedam diuersitas: & ideo solum est considerandum (quod bene notauit Gl. de Consecr. d. 2.) an publica actio, quam exercent, ex se, & ex obiecto suo talis sit, vt sine peccato mortali exerceri non possit: vel si ex obiecto non sit huiusmodi, an saltem ex modo, quo fit, publicum ac manifestum sit, non heri sine peccato mortali: quando enim alterutro ex his modis exercent actionem prauam isti expelluntur a communione, & non alias: quia tunc solum sunt publici peccatores. Ratio autem tam generalis regule: quam huius colectorij, est primo, quia hi peccatores, neque ipsa, neque externa specie habent ius petendi sacramentum, quandoquidem eorum status manifestus est, & alioquin ius diuinum petit, vt ipsis non detur. Deinde potest illis negari sine villo incommodo, quia nec sequitur infamia eorum: nam haec potius supponitur, cum eorum peccatum sit publicum: negetiam sequitur scandalum: maius enim esset, si huiusmodi hominibus sacramentum daretur. Sequatur autem statim explicandum, quae infamia requiratur, vt peccati censetur publici, sed hoc explicabitur melius, sect. 5.

Inquiri autem potest hoc loco, quae poenitentia vel satisfactio ex parte horum hominum necessaria sit, vt possint ad communionem admitti. Respondetur, si occulte petant, satis esse, quod occulte egerint poenitentiam, seu confessi fuerint, & quod Sacerdoti, & alijs, si fortasse ad sint, hoc conitet. Ratio est clara, quia coram Deo hic iam est dispositus, & apud homines non indiget maiori manifestatione, seu dispositione, quam sit necessaria ad tollendum scandalum: ad hoc autem satis est, quod non sit magis publica communio, quam poenitentia. Hoc autem moraliter potius, quam physice, intelligendum est: parum enim refert, quod communio quando fit, sit occulta, si paulo post futurum est publicum, illum peccatorem esse ad communionem occultam admissum. Nam occultam appellamus, quae & occulte fit, & non est postea publice diuulganda. Secundo, si publice petat, pro ratione peccati, seu status, necesse est, vt publicam satisfactionem exhibeat, vel saltem, vt eius dispositio ac conuersio publica & manifesta sit, vt colligitur ex c. Si peccauerit 2. q. 1. & c. Scenic. de Consecr. d. 2. Et ratio est, quia hoc est necessarium, & sufficit ad tollendum scandalum, & vt sacramentum coram Deo & hominibus digne tractetur. Adde vero, si peccator publicus sit in art. mortis, satis esse, vt, pro temporis opportunitate, & necessitate, vel confiteatur, vel signa contritionis exhibeat: quia tunc temporis, propter periculum & urgentem necessitatem, non est maior diligentia exigenda, quam commode exhiberi possit: & alioqui de quolibet fidei praesumendum est, in eo art. facere, quod potest, vt se bene disponat.

SECTIO III.

Vtrum peccatori occulto occulte petenti Eucharistiam deneganda sit.

Respondetur, teneri Sacerdotem ad neganda communionem peccatori occulto, si occulte petat. Ita sentiunt omnes Dd. sect. 1. citati, & praeterea Alenf. 4. p. q. 49. memb. 5. Vicf. in Sum. n. 80. & Con. Vafenf. c. 8. & habetur 6. q. 2. c. Si tamen: vbi dicitur; debere Episcopum, qui nouit aliquem esse peccatorem, si solus ipse hoc nouit, secrete eum monere, corrigere, & communionem priuare. Et ratio colligitur ex generali regula supra posita; quia ille peccator reuera non habet ius petendi, nec etiam in externo foro, seu apparentia, quia occulte petit: vnde fit, vt sine villo incom-

Oculto peccatori occulte petenti Eucharistiam deneganda est Alenf. Vicf. Con. Vafenf.

modo possit illi denegari: quia nec sequitur infamia, nec scandalum, cum totum negotium occulte transigatur: ergo omnino illi debet negari.

Hanc vero communem doctrinam limitat Sor. d. 12. q. 1. a. 6. vt procedat in his Sacerdotibus, qui non tenentur ex officio ministrare hoc sacramentum: non vero in Parochijs, qui ex officio tenentur: & ratio differentiae est; quia peccator non habet ius petendi sacramentum a Sacerdote, qui non tenetur illud ministrare: & ideo huiusmodi Sacerdos non facit iniuriam, denegando & proinde negare tenetur, cum possit. At vero habet peccator ius petendi a suo Parocho, qui ex iustitia tenetur illi ministrare; & ideo, si quis indignus petat, & occulte, non potest Parochus sua propria auctoritate priuare illum iure suo, donec iuridice priuetur. Sicut, qui alteri debet mutuam pecuniam, non potest eam priuata auctoritate illi denegare, licet sciat male petere, & ad prauos vios. Et existimat Sor. hanc esse sententiam D. Th. Sed neque est de prima D. Thomae, nec aliorum auctorum, nec vera: D. Th. n. in hoc art. nullam distinctionem huiusmodi tradit: imo in hoc art. in solut. ad primum, inhiuat contrarium; dum ait, peccatorem occultum non posse publice priuari hoc sacramento: addens enim (publice) absolute tenetur occulte prauari posse. Praeterea contra Sor. vt gerit decretum adductum ex Conc. Vafenf. quia non loquitur de Sacerdote simplici, sed de Episcopo & Pastore. Tertio, sumere possumus argumentum ex c. Ad auctores de temporibus ordinandorum: vbi dicitur, religiosos non esse ordinandos contra voluntatem suorum superiorum: quia si norunt secreta delictorum, propter quae fortasse ordinare non expedit: ergo potest superior & pastor propter occultum delictum denegare aliquid, quod heri non expedit, quando sine scandalo, & infamia negari potest. Quarto ostensum est, peccatorem in re ipsa non habere ius ad petendam communionem in eo statu: ergo est contrarij pastor reuera non tenetur ex iustitia dare pro illo statum: ergo tenetur denegare. Et confirmatur, nam publico peccatori publice petenti denegare tenetur, vt diximus: ergo & occulto peccatori occulte petenti: quia est eadem ratio: nam si expectare oportet iudicium ordinem, vt peccator priuari possit sacramento, in vtroque casu expectandum est. Tandem etiam si aliquid esset ius peccatoris, maius eius ius sacramenti (vt sic dicam) seu Christi, vt digne tractetur, ne ipsi fiat iniuria: & pastor Ecclesiae non minus tenetur ex officio suo seruare hoc ius illatum, quam illud: ergo, si se loquendo, & quando non interueniunt extrinsecas incommoda, potius est consulendum dignitati & irreuerentiae sacramenti, qua iuri peccatoris. Quocirca haec dispensatio, vel denegatio sacramenti non est consideranda, vt actio iudicialis, vel iustitiae poenae, sed solum, vt prudens ac fidelis administratio sacramenti: & ideo non pendet ex rextib. aut probationib. sed solum ex ea scientia & cognitione, quae prudenti estimatione secundum occurrentes circumstantias iudicatur sufficiens, vt sine incommodo possit, & debeat negari sacramentum. Quae doctrina non solum in hoc sacramento, sed in omnibus locum habet.

Sed est dubium graue, vtrum Sacerdos, qui per locum confessionem cognouit peccatum, possit negare hoc sacramentum, quando poenitens ab ipso petit occulte, vt nullus alius ad sit, nam, si aliquis alius sit praesens, certum est, non posse negare propter scientiam confessionis: quia respectu illius esset confessio nis reuelatio: quae tamen nulla esse videtur, quando a solo Sacerdote sacramentum petit: & ideo in hac re valde inter se dissentiunt graues auctores. Prima opinio est. Sacerdotem non posse vti scientia confessionis ad negandum Eucharistiam peccatori, cuius occultissime petat, ita refert, & approbare videtur Gab. in 4. d. 9. q. 2. ar. 3. dub. 1. & idem sentit Palud. ibi Gab. q. 2. concl. 3. dicit enim, non posse negari Eucharistiam propter peccatum in confessione cognitum: posse

posse tamen inde sumi occasionem ad negandam illam alio pretertextu. Clarior hoc docet Antonin. 3. part. tit. 1.4. c. 12. §. 2. Adria. quodl. 3. q. 3. Syl. verbo, Euchar. 3. q. 5. Nau. in Sum. c. 21. n. 55. Citatur pro hac sententia capitulum, Si Sacerdos de off. ord. vbi dicitur, neminem esse à communionem remouendum propter peccatum in confessione cognitum. Sed huius text. de cetero nihil hanc sententiam iuuat, quia non simpliciter negat Pontifex, posse Sacerdotem remouere aliū à communionem, propter peccatum in confessione cognitum, sed verba eius sunt. Non potest eum nominatim remouere: illa aut particula (nominatim) idē valet, quod publice, seu nomine eius coram aliis expresso, vt Glo. ibi notat. Ratio autem illius textus pot ad hanc sententiam confirmandam asserri, scilicet quia confessor non scit peccatum, vt homo, sed, vt Deus. Ergo non potest vti illa scientia ad negandum alteri ius suum, quod habet in exteriori & humano foro; ergo nec potest vti illa ad negandam Eucharistiam homini petenti. Secundo potest ratio aliter explicari, quia sigillum confessionis obligat, non solum respectu aliorum, sed etiam respectu ipsiusmet penitentis, i. non solum tenetur confessor non reuelare aliis peccatum in confessione auditum, sed etiam tenetur, nō loqui de ipso extra confessionem cum ipso penitente contra voluntatem eius, nec exprobrare, aut obiiere illi crimen in confessione auditum: ergo sicut tenetur non negare Eucharistiam coram aliis, quia tunc reuelaret aliis peccatum eius: ita etiam tenetur non negare, etiā si solus sit, & occulte petat: quia tunc saltem ipsi penitentiam obiiat, & facto ipso reprehendit extra confessionem crimen in confessione cognitum. Tertio asserri potest generalis ratio, quia fieret onerosa confessio, si posset Sacerdos vti illius scientia ad hunc effectum.

Secunda sententia est, non solum posse, sed etiam debere, Sacerdotem negare Eucharistiam peccatori in prædicto casu. Ita D. Thom. in 4. d. 9. q. 1. ar. 5. quaest. i. vbi Durand. q. 6. dicit, omnes in hoc concordare, citantur etiam Bonauent. ibi, art. 2. q. 4. Maior q. 4. Richard. art. 3. q. 1. Sed quamuis hi authores generaliter doceant, peccatori occulto posse negari occulte Eucharistiam absq. vlla exceptione, non tamen loquuntur in speciali de scientia confessionis, quamquam Maior aliquid insinuet. Apertius docuit hanc sententiam Alexand. Alen. 4. parte, qu. 49. membr. 1. Angel. verbo, Eucharistia 3. §. 20. Tabiena, verbo, Communio. §. 52. Victoria in Summa, num. 86. Ledesma 1. p. 4. q. 21. artic. 6. dub. 3. Asserri solet pro hac sententia capitulum, Placuit, 6. q. 2. vbi dicitur, posse Episcopum propter peccatum in confessione cognitum, negare communionem secretè, non tamen publice. Sed ille textus non potest de sacramentali confessione intelligi, nam loquitur in eo casu, in quo Episcopus dicit, reum sibi fuisse confessum tale crimē: constat autem, hoc nullo modo habere posse locū in sacramentali confessione. Fundamentum igitur huius sententiae esse debet, quia negare communionem peccatori in eo casu, est actus consentaneus potestati clauium, & alias nullo modo est contra sigillum: ergo est actus licitus: ergo est etiam debitus: maior patet, quia potestas clauium, inter alios effectus, ad hoc data est, vt, qui illam habet, dignos admittat, & indignos à communionem repellat: ergo Sacerdos, negans sacramentum, vti potestate clauium, & iure sibi concessio. Minor in primis declaratur exemplo. Nam si Sacerdos per confessionem sciret, penitentem habere propositum occidendi ipsummet confessorem, & illius ensem seu gladium haberet apud se depositum, quamuis postea penitens illum peteret, posset denegare, & in hoc nullus fere author dubitat.

Sed dicit aliquis exemplum non esse simile: tum, quia ius vitæ custodiendæ est maius & strictius: tum etiam, quia nocumentum inde secutum esset irrepā-

Fr. Suarez Tom. 3.

rabilius. Sed hoc nihil refert, quia non vitium illo exemplo, vt argumentemur à simili: sed solum, vt explicemus, illum actum negandi aliquid extra confessionem ex scientia in confessione comparata, non esse reuelationem sigilli: nam, si esset, neq. pro tuitenda vita liceret: ergo similiter in præsentī ille actus non esset reuelatio sigilli. Deinde ratione declaratur eadem minor: quia, licet confessor dicatur scire peccatum, vt Deus, quia scit, vt minister Dei, & ad iudicandum de illo, vice ipsius Dei in sacramentali foro: nihilominus, negari non potest, quin illa scientia sit in homine: & q. hoc sensu sit humana, & consequenter, quod possit homo illa vti ad suas actiones dirigendas, quando sine alterius iniuria, infamia, aut scandalo, illa vti potest: quia tunc nulla reuera intercedit reuelatio sigilli: ita vero est in præsentī casu: quia neq. apud alios sequitur infamia (supponimus enim, nullum alium adesse) neq. ipsi penitenti sit iniuria: quia reuera nullum habet ius ad petendum sacramentum: neq. aliud graue incommodum ei sequitur: nam, si fortasse aliquis pudor inde oritur, illud non est nocumentum alicuius momenti, neque graue onus, aut irrationabile, vel iniuriosum, præsertim, quia necesse non est, vt Sacerdos directe obiiat homini peccatum confessum, aut in memoriam illud reuocet: potest enim negare sacramentum, nulla alia ratione reddita: nisi quia tunc commode non potest. Vnde Paludanus supra, de Sacerdote, qui ex officio non tenetur dare sacramentum, concedit, posse illud negare in prædicto casu, solum quia habet sufficientem rationem se excusandi, nulla facta mentione peccati, scilicet, quia non tenetur. Non erit autem difficile Parocho, seu cuiuslibet Sacerdoti, qui ex officio alias teneatur, similem excusationem inuenire, scilicet, quia tunc commode non potest. Nec refert, quod illa videatur virtualis quædam obiurgatio, eo quod, licet Sacerdos non exprimat causam, ipse tamen penitens, moraliter loquendo, satis eam intelligit: tum quia hoc magis consistit in discursu penitentis, quam in actione Sacerdotis: tum etiam, quia si aliquid est ibi incommodum, non Sacerdoti, qui vti iure suo, sed penitenti imputandum est, qui se immiscet actioni sacræ, & petit rem iniquam & sacrilegium: sicut dicendum necessario est in alio casu, quando denegatur ensis, aut gladius, propter vitam custodiendam. Atq. ex his probata relinquitur prima consequentia principalis argumenti: quia, seclusa fractione sigilli, nulla alia malitia potest in hoc casu excogitari: quando quidem, neq. illa actio est iniuriosa, neq. ex illa sequitur scandalum, vel infamia: ergo, si denegando tunc sacramentum, non frangitur sigillum, sanctè ac licite denegatur. Vnde facile etiam probatur secunda consequentia, scilicet, quod si hoc licet, sit etiam debitum, ex quodam principio supra posito, quod si Sacerdos commode & sine impedimento potest negare sacramentum peccatori, ratione sui muneris & officij, tenetur id procurare: sed in præsentī pot. licite, & sine incoeniēte: ergo.

Inter has sententias hæc posterior mihi magis probatur, speculatiue rem considerando: habet enim solidius fundamentum: præctice vero loquendo, vix potest occurrere occasio vtendi illa: si vero aliquando occurrat, in primis est prudenter obseruandum, an certo constet Sacerdoti de malo statu penitentis: nam, si sit inter penitentem & confessorem opinionum diuersitas, non est penitens à communionem repellendus: quia reuera non est satis conuictus de crimine. Quo circa ex hoc capite illa cognitio peccati, & prauī status penitentis sufficit ad negandam ei communionem, quæ satis est ad negandam iuste absolutionem. Præter hoc vero cauendum est omne scandalum, atq. omnis infamia, omnisq. criminis, seu reuelationis suspicio, quæ omnia, vt dixi, vix possunt moraliter concurrere: & ideo regulariter loquendo, necessarium est extra confessionem peccatorum agnoscere.

Xyy 3 Sed

Solatio.

Vltima opinio approbatur.

de opin.

de opin.

de opin.

D Thom. Durand. Bonauent. Maior. Richard.

Alen. Angel. Tabiena. Victoria. Ledesma.

Obiectio.

Dubium.

Solutio.

Sed inquires, quando peccatum cognoscitur extra confessionem, qualis, & quam certa debeat esse hæc cognitio. Respondetur, si peccator statum suum agnoscat, ac fateatur, id sine dubio satis esse. Deinde, si Sacerdos vidit crimen, & certo scit peccatorem non esse confessum, quamuis adhuc non possit testes, quibus ipsum conuincat de crimine, potest ei communionem negare, etiam si delictum suum neget: quia hæc non est proprie punitio, quæ iudicium ordinem & probationem delicti requirit: sed est prudens administratio sacramenti, & virtualis quædam correctio secreta & paterna, ad quam non semper expectanda est probatio delicti, neque ipsius peccatoris confessio: quia non est actio publica & iudicialis, sed priuata & occulta, quæ vix potest alio modo exerceri: sufficit ergo, quod quacumque via sufficienter de delicto constat. Vnde idem dicendum est, si per testimonia fide digna Sacerdoti constat de prauo hominis statu, quamuis nolint testes se prodere ad peccatorem conuincendum. Quam vero occulta esse oporteat, delictum & petitionem sacramenti, vt possit iuste denegari, inferius dicemus in sectione vltima.

SECTIO IV.

Utrum peccatori occulto publicæ petenti Eucharistiam, deneganda sit.

Oculto peccatori, cuius peccatum lateat, publicæ petenti Eucharistiam, denegari, nullatenus debet. Conc. Afric. & Vasent.

Respondetur, non posse Sacerdotem sine graui peccato, negare Eucharistiam peccatori publicæ petenti illam, quando peccatum eius occultum est. In hac assertionem conueniunt fere omnes Theologi superius citati; & colligitur ex Concil. Vasent. c. 8. & ex Concil. Africano, c. 99. & 100. quæ habentur in c. Si tantum, & in cap. Placuit, 6. q. 2. in quibus cauetur, vt Episcopus, qui alienum peccatum nouit, quod probare non potest, neminem ea de causa publicæ à communionem repellat. At quid significatur in c. Si Sacerdos, de officio ordinarij, Vbi Pontifex adducit exemplum Christi Domini, qui in publica dispensatione huius sacramenti illud non denegauit Iudæ, cui peccatum occultum erat. Rationes ad hanc veritatem confirmandam plures à Theologis afferuntur, quia difficile est propriam & adæquatam inuenire.

1. Ratio, probata conclusionis.

Prima ratio est, quia negare tunc sacramentum peccatori, esset infamare illum, quod est intrinsece malum. Hac ratione vtuntur Alenf. & Bonauent. & D. Thom. cum aliis in 4. habet tamen difficultatem; primo, quia ibi interuenit perplexitas quædam: quia vel infamandus est proximus, vel sacramentum dandum est indigno, quod fieri non potest sine Christi iniuria: ergo ex his duobus malis potius est eligenda infamatio proximi, quam iniuria Christi: probatur consequentia: primo, quia ex duobus malis minus est eligendum: inter illa autem duo minus est proximi infamatio. Secundo, quia nec Christus, nec Sacerdos, sed solus peccator, qui iniuste se ingerit, est causa huius perplexitatis & incommodi: ergo ratio iustitiæ postulat, vt ipse solus damnum & detrimentum sentiat, & non Christus. Quapropter illa infamatio tunc non est intrinsece mala: tum, quia non est formalis, sed materialis: quia non est per se intenta, sed quasi permixta: tum etiam, quia talis peccator non tam infamatur à Sacerdote, quam ipse se ipsum infamat, qui Sacerdotem quodammodo cogit, vt ipsum manifestet.

2. Ratio.

Propter hanc difficultatem addi potest secunda ratio, ob quam in ea perplexitate potius videtur danda communicatio peccatori, quam neganda: quia, si negetur, est certum, atque infallibile infamatiæ detrimentum; si autem detur sacramentum, non est ita certum sacrilegium indignæ communionis: quia fieri potest, vt peccator subito mutetur interius, & conuertatur, ac se ita disponat, vt digne communice. Et hac ratione vtuntur etiam prædicti authores. Sed non videtur magis satis facere, quam præcedens. Primo, quia sæpe potest euidenter constare euidentia

morali, illum, qui petit sacramentum, peccare grauius sic petendo & communicando, vt si constat certo, esse excommunicatum, & non absolutum, vel peccasse mortaliter, & non esse confessum: tum enim non potest præsumi bona dispositio: quia ad illam non sufficit interior penitentia sine exteriori confessione. Dices, quamuis hoc verum sit, per se loquendo, tamen per accidens posse sufficere interiorem dispositionem, atque ita posse accidere in præsentem casum: nam postquam peccator publice accessit ad sacramentum, in ipso momento, in quo Sacerdos proxime accedit ad tribuendum illud, potest interius dolere, & se disponere, & excusari à confessione, eo quod iam non potest se remouere atque abstinere sine scandalo & infamia. Respondetur in paucis, posse accidere, vt sine vilo scandalo, vel infamia non possint remoueri. Deinde in rebus moralibus non est querenda metaphysica euidentia, sed sufficit moralis certitudo, qualis est in præsentem casum; & præsertim, quando nullum est signum contritionis, nec probabilia motiua, vt præsumantur. Denique eodem modo posset dici, non esse certam & infallibilem infamiam peccatoris, etiam si illi publice denegetur sacramentum, quia sperari potest, alios adhuc existimatos, & credituros eum, non propter peccatum, sed propter alias causas, aut rationes excludi. Quod si hoc dici non potest probabiliter, quia moraliter loquendo fieri potest, vt nulla sit probabilis ratio ad hoc sperandum, eodem modo sapere etiam fieri potest, vt nulla sit probabilis ratio ad sperandum vel præsumendam conuenientem peccatoris dispositionem.

Tertia ratio additur à prædictis authoribus, scilicet, non esse negandum sacramentum occulto peccatori, publicæ petenti Eucharistiam, propter vitandum scandalum, quod moraliter loquendo sequi necesse est. Sed hæc etiam ratio in primis est per accidens, & extrinseca; & ideo non videtur per se sufficiens ad generalem doctrinam. Deinde, aut est sermo de scandalo improprio, quod nihil aliud est, quam admiratio quædam, vel rumor, quin huiusmodi uentibus oriri solet: & hoc non videtur esse graue incommodum, nec res tanti momenti, vt propterea irroganda sit iniuria sacramento: vel est sermo de scandalo proprie dicto, vt significat occasionem ruinæ & peccati; & hoc sensu non videtur sequi scandalum necessario ex prædicto casu: quod enim est peccatum, cuius moralis occasio tunc præbetur? Aut enim est iudicium temerarium, & murmuratio aduersus Sacerdotem, quod propter odium, vel iniustam causam, neget sacramentum homini petenti: hoc autem facile vitari potest: tum, quia tanta potest esse auctoritas, talisque vita Sacerdotis, vt moraliter existimandum sit eum iuste, & sancte egisse: tum etiam, quia sæpe potest Sacerdos rationem sui facti reddere, ostendendo, illum esse peccatorem & indignum tanto sacramento; Aut illud scandalum in hoc consistit, quod populus iudicabit eum hominem, cui negatur sacramentum, esse illo indignum, & in statu peccati: hoc autem nullum scandalum est: quia illud non est peccatum, cum non sit iudicium temerarium: mouentur enim ad iudicandum ex graui facto & auctoritate Sacerdotis, de qua iam dictum est. Nullum autem aliud peccati genus habet moralem connectionem cum illo actu, vt propter illud scandalum timeri possit.

Quarta ratio, ac sola illa traditur à Diu. Thom. in hoc art. quem interpretamur, scilicet, quia peccator occultus habet ius petendi publicæ Eucharistiam: non potest autem priuari hoc iure, donec de suo crimine sufficienter conuincatur, sicut non potest puniri peccator, nisi conuictus de crimine: sed non censetur conuinci peccator de crimine, nisi, vel eius peccatum notorium sit, & publicum per infamiam publicam, vel sufficientibus testimoniis iudice conuictus

Etus sit. Sed hæc ratio non minorem paritur difficultatem: quia peccator, quamdiu in eo statu est, nullū habet ius ad petendum hoc sacramentum, vt supra probatum est: ergo neq; ad petendum publice habet aliquod ius. Patet conſequentia; quia non est actio minus sacrilega & iniuriōſa Chriſto, publica, q̄ occultæ petitiō: ergo, quamuis illi negetur, nullo priuabitur iure; neq; illa negatio habet rationem pœnæ, ſed prudentis adminiſtrationis ſacramēti, vt ſupra dixi.

Postu has rationes, & difficultates circa illas occurrētes, non vt eas rejicerem, aut impugnarem: ſed ad iudicandum, ex illis omnibus eſſe conueniendam adæquatam rationem conſequentis, qui in hunc modum explicari poteſt, ſcilicet ad commune bonum, & conuenientem Eccleſiæ, vel cuiuſcuq; Reipublicæ gubernationem pertinere; vt communia bona, quæ publicè diſpenſanda ac diſtribuenda ſunt, iuxta merita & dignitatem ſingularum perſonarum à publico miniſtro ad hoc munus à Republica vel Principe Republicæ deſtinato, diſpenſentur, non iuxta priuatam ſcientiam ipſius miniſtri, ſed per publicam & notoriam: huiuſmodi autem eſt diſpenſatio huius ſacramenti, vt per ſe conſtat: ergo, quando publice fit non eſt regulanda per ſcientiam priuatam, ſed publicam: quod non habet locum in occultæ petitiō: quia tunc non fit per modum publicæ diſpenſationis ſed occultæ ac priuatæ actiōnis. Maior propoſitio videtur eſſe morale quoddam principium, ſere ex ipſis terminis notum. Et ad illud declarandum ac ſuaſedum deſeruire poſſunt rationes ſupra adductæ: quia niſi hæc regula in prædicta publica diſpenſatione ſeruetur, talis diſpenſandi modus moraliter loquendo, erit expoſitus multis ſcandalis, perturbationibus, & iniurijs: quamq; autem ſcandalum non fit prima ratio malitiæ huius actiōnis, tamen, quando moraliter ac frequenter coniunctum eſt cum tali modo operandi, eſt vehemens ſignum, in eo non ſeruari debitū ordinem; neque eſſe communi bono conuenientem. Et confirmatur ac declaratur, quia, niſi prædicta regula ſeruaretur, poſſent facile miniſtri publici iniurare, quos vellent & peccatum, vel indignitatem fingere, vbi non eſſet. Et e contra poſſent ſideles ſæpe formidare, & timere, ne à miniſtris huius ſacramenti infamarentur. Et hæc ratione, q̄uis peccator absolute non habeat ius ad petendum hoc ſacramentum, tamen quilibet fidelis habet ius, vt ſi publice petat, non repellatur, niſi debito modo: id eſt, ex publica maniſeſtatione, & ſcientia ſui peccati: propter quod dixit recte D. Th. in 4. d. q. 1. art. 5. per peccatum mortale amittit ius petendi hoc ſacramentum: oportet tamen, vt in facie Eccleſiæ amittatur: ſcilicet, vt in eadem facie Eccleſiæ id eſt, publice denegari poſſit. Tandem explicatur, & confirmatur hoc, illo communi exemplo de iudice, qui tenetur iudicare ſecundum allegata, & probata, etiam contra priuatam ſcientiam, ſolū ob ſimile principium, quia ad commune bonum neceſſarium eſt, vt illa publica actio reguletur publica ſcientia, & nō priuata: quoniā, ſi aliter fieret, eſſet res expoſita inſinitis iniurijs & ſcandalis. Quamuis autē diſpenſatio, de qua agimus non fit iudicialis actio, tamen, quando eſt publica, in hoc conuenit cum ſentētia iudicis, quod eſt actus publicæ poteſtatis, & communis gubernationis, & ideo in ea locum habet eadem ratio, quæ in ſententia iudicis inuenitur.

Poſſunt autem contra hanc veritatem multa obijci. Primum, quia actus dandi Eucharistiā homini indigno eſt intrinſece malus, quia eſt cooperari ad malum: ergo non poteſt eſſe licitus, etiam ſi peccator publice petat: quia tunc etiam eſt cooperari ad indignam ſuſceptionem: eſſet n. agere cōtra propriā conſcientiam: quia Sacerdos iudicat illum indignum, Et confirmatur, quia proijcere Eucharistiā in ignem, aut in locum immundum eſt ita intrinſece malum, vt nulla ratione poſſit eſſe licitus: ergo ſimiliter. Secundo argumentor à ſimili: quia peccator occultus,

qui mihi enſem custodiendum tradit, ſi publice illū petat, & mihi coſtet, petere illum, vt ſe, vel alium occidat, poſſum & debeo negare illi gladium, etiam ſi neceſſe ſit prauum eius animum maniſeſtare, vt maius damnum minori vitetur; ergo eadem ratione in præſente caſu licebit negare Eucharistiā, etiam ſi neceſſe ſit infamare peccatorem. Tertio argumentor quia poteſt eſſe aliquis modus, quo & ſacramentum non detur peccatori, & omnia incommoda vitentur, ergo ille ſeruandus eſt: antecedens patet, quia poteſt Sacerdos dare huiuſmodi homini hoſtiam non conſecratam, abſque vilo inconuenienti: nam, ſi aliquod eſſet, maxime periculum idololatriæ extioris: ſed hoc etiam vitare poteſt ſacerdos, ſi in manu habeat hoſtiam conſecratam, quamdiu adorandam illam proponit, poſtea vero ſecrete illam muret, quando manum ad mouet ori peccatoris, vt illi ſacramētum tribuere videatur. Quarta denique obiectio eſt, quia licet admittātur omnia, quæ dicta ſunt, ad ſummum videntur procedere in eo ſacerdote, qui ex officio tenetur Eucharistiā miniſtrare: quia ille eſt velut publicus miniſter ad hoc munus deputatus: non tamen videntur habere locum in alijs ſacerdotibus, q̄ ex officio ad hoc non tenentur: quia illi, nec ſunt ad hoc munus deputati, nec peccator habet ius vllum petēdi ab illis Eucharistiā: vnde ipſi ſemper poſſunt habere commodam excuſationem ſine maniſeſtatione delicti, vel alio publico incommodo.

Ad primam difficultatem reſpondetur, actionem dandi Eucharistiā homini indigno, nō ſemper eſſe intrinſece malam, ſed tunc ſolum, quando ipſe, qui dat ſacramentum, eſt aliquo modo cauſa indignæ ſuſceptionis: vel, quando commode, vel debito modo exercendo munus ſuum, poteſt illam vitare, & non facit. Ac denique, quando illi conſtat, eum, qui petit, eſſe indignum, ea ſcientia ac modo, quo opus eſt: at vero quando moraliter vitare non poteſt actionem dandi, quia praua diſpoſitio petentis non eſt illo modo cognita, quo opus eſt, tunc actio dandi nō eſt mala ex parte dantis, & intentio eius eſt bona, quamuis ex parte recipientis, receptio ſit mala, q̄ nullo modo imputatur danti, quia nullo modo eſt cauſa, quod alius indigne ſumat, neq; cum actiōe eius eſt per ſe ac neceſſario coniuſta indigna ſuſceptio. Quamobrem ibi nulla eſt cooperatio ad malū, ſed ſola permiſſio, quæ moraliter vitari non poteſt, nam, qui dat ſacramētum, ſolum cooperatur, vt hic homo ſumat, non tamen, vt indigne ſumat, poſſet n. ſi velle digne ſumere, quamuis aut Sacerdoti conſtat, hic & nunc indigne ſumpturum, tamen, quia non poteſt id vitare, ideo, neque tenetur, neque illa cenſetur cooperatio, ſed permiſſio. Atque eadem ratione non operatur Sacerdos tunc contra conſcientiam, quia dictamen conſcientiæ tunc non eſt regulandum per ſcientiam priuatam, & quaſi ſpeculatiuam, q̄ ſi, qui petit, eſt indignus & peccator, ſed per ſcientiam practicā, qua homo conſiderat, quid hic, & nunc agere oporteat, concurrentibus hijs circumſtantijs: ſcilicet, occultæ malitiæ huius hominis cum publica petitiōe ſacramenti: tunc n. verum dictamen conſcientiæ eſt, dandum eſſe hic & nunc ſacramentum huic homini. Ad confirmationem autem in illo primo argumento factam reſpondetur, non eſſe ſimilem rationem de proijcienda Eucharistiā in locum immundum, quia illa actio de ſe eſt determinata ad malum, & ex proprio obiecto habet deformitatem, per ſe loquendo, ſecus vero eſt de actiōe dandi Eucharistiā homini.

In ſecundo argumento ſoluendo, varij ſunt auctores ſupra citati. Alenſ. enim & Bona. negant in caſu ſeu exemplo ibi adducto, licere negare gladium domino petenti, & potius eſſe permitendum homicidium, q̄ occultum delictum maniſeſtandum. Sed hoc eſt creditu difficile; Et ideo Sotus cum alijs, admiſſo illo exemplo, negat conſequentiam, & ſimilitudinem. Cuius rei poſſunt variæ rationes differē-

1. Preſumptio impugnationis primæ reſpondens.

2. Obiectio prima & ſolutio improbat.

te assignari. Prima, quod sæpe est maior obligatio subueniendi proximo in corporalibus detrimentis, quàm in spiritualibus, quia, cum hæc non committantur sine propria voluntate, sæpius est minor necessitas incurrendi illa, & ideo minus est necessarium est alterius auxilium ad vitanda illa. Secundo, quia damnum mortis in exemplo adducto reuera vitatur, negando gladium homini petenti illum ad homicidium perpetrandum, peccatum vero, quod est præcipuum animæ detrimentum, non vitatur negando sacramentum peccatori petenti, quia per voluntatem sumendi iam est peccatum commissum, & solum vitatur actus exterior, qui per se non addit malitiam. Tertio, quia illud damnum corporis est irreparabile, damnum vero animæ reparari potest, moraliter loquendo. Et hæc quidem differentie satis faciunt, considerando indignam sumptionem sacramenti solum, ut est spirituale quoddam detrimentum ipsius peccatoris petentis Eucharistiam, at vero considerando illam summptionem, ut est quedam irreuerentia, & iniuria sacramenti, & quasi detrimentum quoddam ipsiusmet Christi sic non videntur satis facere, quia magis vitanda est vel minima iniuria Christi, quàm magnum detrimentum alterius proximi. Respondetur tamen, etiam quoad hanc partem posse accommodari rationes prædictas quia ipsemet Christus vult, ut aliqua eius iniuria potius permittatur, quam indebito modo ac ordine caueatur. Item, quia præcipua iniuria, quæ consistit in affectu peccati, vitari ab altero non potest. Ac denique, quia licet in ratione iniuriæ illa magna sit, tamen in ratione detrimenti, non proprie infertur Christo, nec est damnum irreparabile. Accedit, quod actio reddendi gladium est actio omnino priuata, & ideo iuxta occurrentes circumstantias per priuatam scientiam regulanda est: at vero dispensatio sacramenti est actio publica, & communis, ac propterea, ut diximus, publicam scientiam requirit.

Secunda solutio explicatur & apte probatur.

Obiectio impugnatur prima solutio

Circa tertiam obiectionem nonnulli Theologi asserunt, medium illud dandi hostiam non consecratam pro consecrata licitum esse, quod sumi potest ex Altiſſodoriensi l. 5. Sum. tra. 5. c. 5. q. 4. vbi, quauis expresse non loquatur de re, quam nos tractamus, agit tamen de alia re omnino simili. Dicit n. si contingat, hominem esse in articulo mortis, & indigere viatico, & nullam esse reseruatam hostiam consecratam ex negligentia Parochi, tunc ad vitandum scandalum licere dare hostiam non consecratam pro consecrata. Sed hæc sententia improbabilis & intolerabilis est, ut ex dicendis constabit. Alij distinctione vtuntur: nam duobus modis posset hoc fieri: primo ignorante homine, qui communicaturus est, & existimante sibi dari verum sacramentum, cum tamen sacerdos solum det hostiam non consecratam. Secundo fieri potest ex conuentione inter Sacerdotem & peccatorem. Si priori modo fiat, omnes fere authores docent esse illicitum, & videtur res certa. Primo, quia datur manifesta occasio idololatriæ, nemo enim communicat, nisi prius adoret: imo ipsa susceptio sacramenti est quidam religionis cultus. Nec refert, quod illa sit materialis idololatria præter conscientiam & intentionem adorantis, quia etiam est per se malum, ut aliquis sciens & prudens, proponat alteri adorandam creaturam culto diuino, & mentiatum esse Deum, quod reuera non est. Est enim hoc mendacium perniciosum, & valde iniuriosum Deo. Ad do, in hoc medio nullum vitari peccatum: nec formalem (ut sic dicam) Christi iniuriam, quia ille peccator illa conscientia & existimatione panem accipiens, non minus peccat, quam, si verum reciperet sacramentum. At vero, si fiat posteriori modo, scilicet, ex conuentione inter dantem & accipientem, dicunt aliqui authores hoc medium esse licitum, quia vitatur omnia incommoda, nimirum indigna susceptio sacramenti, tam vera, quam existimata, & periculum idololatriæ, respectu peccatoris: nam, cum iam ipse

sciat, quid sibi detur, non adorabit, respectu vero aliorum, qui adsunt, facile vitabitur idem periculum, modo supra inter arguendum propositum. Quæ sententia placuit Bonauen. in 4. d. 9. & Albert. Mag. d. 13. ar. 20. & Adrian. quodlib. 3. artic. 3. Sed, quod neque hoc posteriori modo hoc sit licitum, sentit D. Th. hic ad 1. & in 4. dist. 9. art. 5. Alenf. 4. p. qu. 49. membr. 6. art. 2. Palud. Durand. Richard. Maior, & Soto locis prædictis. & mihi videtur verior sententia, & moraliter ac in praxi aliter heri non posse, quæ colligitur ex Inno. III. in c. De homine de celeb. Mil. vbi ad hoc propositum dixit. Falsa sunt abicienda remedia, quæ veris sunt periculis grauiora. Et ratio est fere eadem. Primo, quia illa est perniciosa actio, quia vel verbis, vel gestu, & factu ipso affirmat Sacerdos, esse Christum ac verum Deum, quod reuera non est. Secundo, quia non potest vitari, moraliter loquendo, exterior idololatria: respectu quidem ipsius hominis qui communicat: quia, ut supra dicebam, ipsamet sumptio tali modo facta, est actus religionis & cultus: respectu vero aliorum, qui et si oculis non videant, adorant id, quod alteri datur ad communicandum: nullatenus ergo huiusmodi medio vitari licet.

In quarta obiectione inquirebatur, an doctrina supra data pertineat ad omnes sacerdotes, vel ad solos illos, qui ex officio tenentur sacramentum ministrare, nam aliqui authores hoc posteriori modo illam limitant, licet in hoc sit quædam varietas: quidam enim dicunt, Sacerdotem (qui ex officio tenetur) posse ministrare sacramentum peccatori occulto, etiam si publice peccat, non tamen ad hoc teneri. Ita sentit Caietan. Alij vero dicunt, etiam teneri: quia, cum licite possit, confiteatur, vt etiam teneatur, propter reuerentiam debitam sacramento, quia iure nature tenetur non dare sacramentum indigno, si commode possit, satis autem commode potest, qui potest licite, atque ita sentiunt Durand. Palud. & Maior. Aliorum vero opinio est, doctrinam datam generalem esse, ita vt nec simplex Sacerdos licite possit negare Eucharistiam peccatori occulto publice peccanti. Ita sentiunt Soto & Ledesma, qui in eo fundatur, quod etiam hic Sacerdos tenetur vitare scandalum, & infamiam proximi. Mihi videtur distinctio vtendum: nam, si peccator occultus peccat ab huiusmodi sacerdote sacramentum, antequam in altari sit publice expositus ad dispensandum illud, Sacerdos potest licite illud denegare, quia facilem habet exculpationem, cum non teneatur. Vnde fit, vt moraliter loquendo, nec infamet proximum, nec vllam scandali occasionem præbeat. Item, quia tunc nullam exercet actionem publicam, ad quam exercendam scientia publica necessaria sit. Vnde infero, in eo casu non solum posse licite, sed etiam teneri ad negandum sacramentum propter rationem nuper factam. At vero, si Sacerdos iam sit publice expositus, & actu dispensans sacramentum iis, qui ad illud suscipiendum accedunt, tunc, si inter eos accedat peccator occultus, non potest repellere, quod satis confirmat Christi exemplum. Et ratio est, quia tunc iam subit ille Sacerdos munus publici ministri & dispensatoris, & ita in eo locum habet ratio supra facta, & alix rationes sumptæ ex scandalo, seu infamia, prout à nobis explicata sunt.

SECTIO V.

Quis sit censendus in presenti materia peccator publicus vel occultus.

Hæc materia valde necessaria est ad intelligenda prædicta omnia, quæ in superioribus sectionibus tradita sunt, tractaturque satis prolixè, non vero admodum distinctè, ab authoribus supra citatis. Ex quibus distinguendi in primis sunt varij gradus occultis, & publicis. Præmo enim dicitur occultus peccator, qui vel à solo Sacerdote cognoscitur, vel certe ab vno vel altero; nulla tamen infamia, vel publico rumore laborat. Secundo

rat. Secundo dici potest peccator occultus, quia certa scientia eius crimen vni vel alteri notum est, tamen apud alios est publica suspicio, aut rumor, & aliqua infamia inde orta; & hoc solet dici delictum occultum, sed famosum. Tertio fieri potest, vt delictum notum, aut manifestum sit tribus vel quatuor, & tunc adhuc censetur retinere gradum delicti occulti, vocatur autem probabile. Quarto est peccatum publicum euidencia facti: pluribus nota. Dissentiunt autem authores in explicando, quod multitudine hominum necessaria sit, vt delictum censetur hoc modo publicum. Adrian. qu. penult. de Eucharist. cum Panor. & alijs, requirit numerum decem hominum, quia hic numerus necessarius est ad constituendum populum, seu parochiam. Syluest. verb. Notorius. §. 4. quem sequitur Nauar. in Summa ca. 25. nu. 75. eximat satis esse numerum sex hominum, quia satis est, vt sciatür à maiori parte populi: numerus autem senarius est maior pars numeri denarii, qui ad populū constituendum sufficit. Soto vero, omisis his regulis, dicit, prudentie sacerdotis esse hoc relinquendum, quia reliqua omnia incerta sunt & parum fundata, & vix possunt presenti instituto accommodari. D. Th. autem in hac materia solū illud delictum vocat absolute publicum & notorium, quod nulla tergiversatione potest celari, quod sumptim ex capit. Questum, & ca. Tua nos, de cohabit. cleric. & mulierum. Quinto tandem dicitur aliquid notorium euidencia iuris, quando iuridice aliquis conuictus est de crimine per propriam confessionem, vel per sententiam & declarationem iudicis.

His positis: Doctores citati absolute docent, vt Eucharistia possit negari peccatori publice petenti, necessarium esse, vt peccatum sit publicum vel iuridice, vel publica noticia facti, quæ iuridice manifestatio equiualeat, quod solū contingit, quando tam publicum est delictum, vt nulla tergiversatione possit celari, nec D. Th. hic aliam assignat regulam: nec alij Doctores generatim aliam tradunt, quamuis in ea explicanda, & applicanda in particulari, multum inter se differant, quod molestum esset, atque inutile referre. Breui n. distinctione vtendum esse censeo: nam peccator potest dici publicus, vel respectiue, vel absolute: respectiue voco, id est, comparatione facta ad modum, quo petit sacramentum, quia videlicet tam publicū est peccatum eius, quam petitio sacramenti, vt quando illi, in quorum presentia petit sacramentum, norunt delictum, quod alias est absolute occultum: quia duob. tantum, vel trib. notum est. Absolute autem publicum voco, quod est multis cognitum noticia iuris, vel facti, cum qua noticia stare potest, vt illi, in quorum presentia sacramentum petitur, ignorent delictum.

Dico ergo primo, vt sacramentum negari possit peccatori, satis est, quod eius peccatum sit publicum respectiue, quamuis alias respectu aliarum actionum sit absolute occultum, itaque satis est, vt illi, in quorum presentia petitur sacramentum, norint delictum. Ratio est, quia hæc noticia sufficit, vt sine infamia, scandalo, vel alio incommodo, possit negari sacramentum: ergo non est, cur ad hanc actionem maior facti euidencia, vel cognitio requiratur. Secundo, quod oportet cum debita proportione loqui de publico delicto, & de publica petitione: quia, si tunc vocetur delictum occultum; & petitio sacramenti vocatur occulta, quia tantum sit coram paucis, qui delictum sciunt: ergo negandum est Sacramentum ex alio principio supra posito, quod occulto peccatori occulte petenti Eucharistiam, non est danda: ergo, siue vno, siue alio modo loquamur, idem est, siue tunc vocemus petitionem occultam, siue peccatorem publicum respectiue, res tamen eodem reuoluitur, scilicet, quod in eo casu neganda sit Eucharistia, quando cumq. petitur coram eis tantum, qui delictum nouerunt. Dices, esse periculum, ne illi statim referat alijs,

huic homini esse negatum sacramentum, ppter peccatum eius, atq. ita illum infament. Responderetur, eodem modo possunt illum infamare, manifestando peccatum eius, & maius periculum est, si in publicum proferant, quod indigne comunicauit, & quod sacerdos dedit sacramentum peccatori, sibi & alijs adstantibus cognito; ergo ex eo, quod sacerdos in eo casu neget sacramentum, nullum accrescit periculum infamæ.

Dico secundo, quando vel omnes, vel aliqui eorum, qui adsunt petitioni sacramenti, ignorant delictum peccatoris, non potest negari sacramentum, nisi alias delictum sit publicum per euidenciam iuris, aut facti, quæ illi equiualeat. Ita censeo esse intelligendam sententiam D. Th. & communem. Et ratio est: quia tunc delictum est occultum respectiue: id est, respectu eorum, qui vident sacramentum ab hoc homine postulari: ergo si etiam sit occultum absolute, nullo modo est publicum: ergo nullum est ius ad negandum sacramentum, nec negari poterit sine periculo scandali, aut infamæ, cum ille peccator, neq. absolute infamatus sit, neq. respectu eorum hominum, qui adsunt. Et hæc ratione norant authores, non satis esse, quod delictum sit probabile, vt videre licet in Rich. in 4. dist. 9. art. 3. quæst. 1. Gabr. q. 2. Nauar. ca. 21. nu. 55. quia sola probabilitas delicti non facit illud publicum, nec tollit ius in foro Ecclesiæ, donec talis probatio in iudicio fiat, atque ita sit iam delictum publicum noticia iuris, vt colligitur ex cap. Tua nos, de cohabit. cleric. & mulier.

Dico tertio si delictum sit absolute publicum altero è duobus modis supra positis, scilicet, euidencia iuris, vel facti, id satis est, vt sacramentum negari debeat, etiam si peccatum non sit notum illis, in quorum presentia sacramentum petitur. Hoc colligitur ex D. Th. qui sine restrictione locutus est, & Soto etiam generatim hoc voluit. Et ratio est, quia per illam publicam noticiam amittit peccator ius petendi hoc sacramentum publice & in foro Ecclesiæ: quod autem hæc personæ, quæ huic facto adsunt, illud peccatum ignorent, est per accidens, & ideo peccatori nullum inde ius oritur. Et confirmatur primo, quia tunc nulla sequi possunt moralia incommoda, quia ille peccator iam est publice infamis, & ideo nullius momenti esse censetur, quod denuo infametur apud aliquos, qui adsunt petitioni sacramenti, & peccatum ignorabant: & hoc ipsum imputandum est ipsi peccatori, qui eum sit in peccato publico, audeat ad sacramentum accedere, & eadē ratione non sequitur scandalum, quia si res est adeo nota, facile poterit ijs, qui adsunt satis fieri. Et confirmatur secundo, quia quando sic est delictum publicum, mortale est, vt paulo post deueniat in eorum noticiam, qui nunc ipsum ignorant: unde, si tali peccatori sacramentum detur coram eis, moraliter, & consequenter, vt postea intelligant, illum indigne communicasse, & sacerdotem dedisse illi sacramentum cognoscendo peccatum eius, quod verget in maius scandalum. Et hæc quidē in genere vera sunt & (vt ego existimo) nullam habent exceptionē, quando delictum est notorium iuridice, siue petitio fiat in eodem loco, siue in alio. Quod n. quidam existimant, quamuis non sit contra iustitiam, negare publice sacramentum peccatori iuridice alicubi infamato, esse tamen contra charitatem negare in illo loco, vbi non est infamatus, propter illam vulgarem doctrinam, quæ ex charitate non licet manifestare crimen, propter quod aliquis punitus est in aliquo loco, infamando illum in alio, vbi ignoratur eius crimen. Hoc (inquā) non mihi probatur, nec censeo regulam illam communem conuenienter hic applicari: nam licet charitas obliget ad non infamandum in vno loco peccatorem, alibi iuridice infamatum sine causa rationabili, aut ad vitandum aliquod malum, cuius ipse peccator sit causatamen, si huiusmodi infamationis iusta aliqua & rationabilis causa intercedat, cessabit obligatio charitatis, supposito, quod peccator per sententiam iudicis

Solusio.

2. Conclusio.

D. Thom.

Richard.

Gabriel.

Nauar.

3. Conclusio.

D. Thom.

Soto.

1. Conclusio.

Obiectio.

iudicis omneius iustitia amittit; ita vero est in praesente, quia peccator, cuius crimen est iuridice publicum, omneius iustitia amittit, & alioqui inique se ingerit, & est causa grauisissimi sacrilegij; non ergo obligabit tunc charitas ad tuendam famam eius. De alio vero genere infamiae, quod est per euidentiam facti illud solum supererat explicandum, quando sit censendum delictum sufficienter publicum, ac nulla tergiversatione celari posse. In qua re veram esse iudicis sententiam Soti, videlicet ex solo numero personarum non posse vniuersalem regulam tradi, sed prudentia opus esse, vt pensata qualitate loci, delicti, & personarum, quae illud norunt, iudicetur, an sit sufficienter publicum, nec ne.

SECTIO VI.

Vtrum hoc sacramentum dandum sit hominibus de crimine aliquo suspectis.

DVobis modis intelligi potest, dari Eucharistiam homini suspecto de crimine: primo, ad probationem seu purgationem delicti. secundo, ad vsum sacramenti, & effectum eius, & de vtroque modo breuiter dicendum est.

Circa primum communis doctrina est, nunquam licere dari alicui Eucharistiam in probationem, seu purgationem suspicionis criminis. Ita D. Th. hic ad 3. & in 4. d. 9. vbi reliqui Theol. & Alenf. 4. p. q. 49. memb. 2. ar. 2. Summisit, verbo, Euch. Glos. & Doctores iuris canonici in ea. Saepe contingit. 2. q. 4. Et ratio est, quia hoc sine dare, & sumere sacramentum, est tentare Deum: nam est petere ab eo, vt aliquo extraordinario signo manifestet hominis delictum, quod est superstitiosum: cur enim hoc facturus est Deus, cum, nec promiserit, nec necessarium sit? aut, cur homo, qui suscipit sacramentum, existimabitur innocens & immunitus a delicto, solum quia Deus nihil miraculosum & inusitatum cum ipso operatur? vana quidem est, & sine fundamento, talis existimatio. Et ideo huiusmodi probationis modus reprobatus est in iure c. Ex tuarum, & reliquis de purg. canon. & de purg. vulg. & in c. Consuluiti & c. Minus. 2. q. 5. de qua relatus agit 2. 2. q. 95. a. 3. neque obstat, quod in lege veteri fiebat similibus, pbatio in lege Zelotypiae. Nu. 5. na illud factum est iussu Dei, qui promisit, exhibiturum se in eo euentu aliquod signum, quo veritas manifestaretur, & ideo postulare tale signum, non erat tentare Deum; sed erat consentaneum voluntati & promissioni eius. secus vero est, vbi nulla intercedit talis promissio.

Dubium.

Superest vero in hac communi doctrina difficultas ex c. Si Episc. & ca. Saepe contingit. 2. q. 5. quae sumpta sunt ex Conc. V. v. format. cap. 10. & 13. vbi approbatur hic modus probationis in c. Nobilis homo, quod Grat. in eadem quaest. citat ex Con. Triburien. approbatur per ferrum candens, vel per aquam feruentem: quod decretum citat etiam Burch. li. 16. sui decreti. c. 19. & ex eodem Conc. c. 10. vbi non reperio, neque expresse in toto Concil. quauis in ca. 22. aliquid significetur. Respondetur ad priora decreta, duobus modis posse suscipi Eucharistiam ad purgandam suspicionem delicti. Primo in sensu explicato, scilicet, vt si homo sit nocens, Deus id ostendat aliquo signo, verbi gratia, occidendo illum, aut alio simili, aut illa sum seruando, si sit innocens: & ita videtur intellexisse D. Tho. illa decreta, quae dicit, fuisse per posteriora Concilia retractata, quod fuit modeste dicere, illud Concilium errasse: potuit enim errare, cum Prouinciale fuerit, & paucorum Episcoporum. Alio modo potest intelligi haec probatio per modum iuramenti in testimonium veritatis, & hoc sensu intellexit illa decreta idem D. Th. in 4. d. 9. qu. 2. ad 2. Gab. q. 2. ar. 3. dub. 5. Maior q. 4. in arg. cont. 5. conc. Adrian. quod 3. arti. 3. Alenf. supra, qui omnes docent; ex natura rei hoc non esse intrinsece malum, quia non est tentare Deum, sed solum est graue quoddam iuramentum. Dices, esse quendam abusum sacramenti, & occasione indigne illud sumendi, vt aliquis se innocentem ostendat, cum non

D. Thom.
Gabr.
Maior.
Adrian.
Alexand.

fit. Respondetur, per se non esse abusum, cum ille finis non sit malus, neque a rebus sacris alienus: nam iuramentum et est res sacra, & tamen illo vitur ad confirmandam veritatem, & purgandum delictum, quapropter exigere ab aliquo iuramentum ad hunc finem, non est per se malum, quamuis fortasse multi inde sumant occasionem ad committendum perurium, quia haec occasio non est data, sed accepta: imo ait D. Thomas, hunc modum posse esse vitale ad praeseruandum hominem a peccato: nam, si intelligat se daturum testimonium suae innocentiae illo grauisissimo modo, peccare timebit. Nihilominus tamen sentiunt idem auctores, hunc modum probationis seu iuramenti esse iure positum prohibitum. Ego vero non inuenio hoc ius scriptum: nam iura prius citata non loquuntur de hoc modo probationis, sed de priori, in quo tentatur Deus. Quapropter non audeo hunc iuramenti modum semper damnare: confulerem tamen non vitillo, & praesertim non exigere illum: quia reuera non est consentaneus reuerentiae debita huic sacramento, & expositus multis sacrilegiis, praesertim quando ab alio exigitur: atque ita ipso vsu & consuetudine videtur omnino abrogatus hic iurandi modus, qui maxime est illicitus, & nullis, quando is, a quo purgatio exigitur, non tenetur delictum suum manifestare: & ideo grauius peccat maritus, qui ad hoc interdum cogit uxorem; vti & suspicione adulterij purget: peccant etiam Praelati, & superiores, qui hoc modo volunt occulta delicta inquirere: quia non habent ius hoc praecipendi, aut eo modo inquirendi delictum. At vero, si quis voluntate sua, sine alterius coactione, hoc medio communicandi vitur, ad astruendam & confirmandam suam innocentiam, id, neque per se malum est, neque omnino inuitatum, sic n. fecisse legitur Greg. V. Pontif. coram Henr. I. V. in probationem suae innocentiae, & inuitasse illum ad communicandum: & simile testimonium suae innocentiae reddendum, eum autem non fuisse ausum sumere, vt refert Lamb. in Hist. rerum Germaniae.

Circa posteriorem partem Soto absolute docet, non posse negari hoc sacramentum alicui propter solam criminis suspicionem. Sed distinctione opus est, quam significauit Glossa in capit. Dixit Dominus Vbi distinguit triplicem suspicionem, temerariam, probabilem, violentam. De prima certum est, non sufficere ad negandum sacramentum: quia talis suspicio nullo probabili fundamento nititur: vnde non est rationalis, sed potius iniuita. De secunda etiam est dicendum, non sufficere ad negandum sacramentum: tunc enim dicitur suspicio probabilis, quando intercedit sufficiens ratio ad generandum dubium, non vero ad iudicandum simpliciter de peccato alterius: in casu autem dubij melior est conditio possidentis; & quando aliquis non sufficienter probatur malus, praesumendus est bonus: ergo, cum homo habeat ius ad sacramentum, non debet propter solam praedictam suspicionem vel dubitationem illo priuari. Dices, etiam potest sacramentum dici possidere ius suum, vt digne tractetur. Respondetur, quando sacramentum datur homini sic suspecto, non sit contra hoc ius ex parte dantis: quod si fortasse suscipiens indigne illud tractat, cum hoc lateat, non potest danti imputari, & ideo non potest hac sola de causa alterum priuare iure suo, de quo illi constat, non autem de peccato eius. Tertia suspicio, quae, scilicet violenta est, & probabilis ratione deponi non potest, sufficit ad negandum sacramentum, iuxta communem Theologorum doctrinam in 4. d. 9. vbi D. Thom. q. 1. artic. 2. q. 3. quae stium. 2. Richard. art. 3. q. 7. Gabr. q. 2. art. 3. dub. 5. Alenf. 4. p. q. 49. memb. 2. ar. 1. Anton. 3. par. tit. 1. 4. artic. cap. 12. §. 2. Et ratio est, quia violenta suspicio nititur talibus signis & indicij, quae licet non faciant euidentiam rei in se, faciunt tamen moralem probabiliter, & sufficienti ad probabile iudicium ferendum, quando in

do in contrarium nihil est, quod excuset, aut suspitionem eleuet: ergo sufficit etiam ad negandum sacramentum. Hæc vero doctrina intelligenda est iuxta principia supra posita: nam si suspicio sit publica, sufficit ad negandum sacramentum publice: si vero sit priuata & occulta, sufficit ad negandum sacramentum occulte, non tamen publice. Aliqui vero limitant hanc doctrinam, vt non procedat in articulo mortis: nam, si in illo homo, de quo talis suspicio habetur, neget delictum, & alioqui præbeat signa bonæ dispositionis, non videtur illi negandum sacramentum, cum propter periculum, cum quia illæ circumstantiæ videntur maximi ponderis ad deponendam suspitionem. Quæ doctrina mihi non displicet, quia est pia, & non tam est limitatio, quam declaratio communis sententiæ: nam, vt diximus, in eo casu signa occurrunt, quæ suspitionem eneruant.

ARTICVLVS VII.

Verum nocturna pollutio aliquem impediât à sumptione huius sacramenti.

AD septimum sic proceditur. Videtur, quod nocturna pollutio non impediât aliquem à sumptione corporis Christi. Nullus enim impediatur à sumptione corporis Christi, nisi propter peccatum. Sed nocturna pollutio accidit sine peccato: Ergo nocturna pollutio non impediât hominem ab huius sacramenti sumptione.

2. Præterea, Greg. * dicit in epist. ad Augustinum. Episcopum Anglorum: Si quis sua coniuge non cupidine voluptatis carnis, sed tantum procreandorum liberorum gratia vitur, ille profectio sine de ingressu Ecclesiæ, siue de sumendo corporis Domini mysterio, suo est iudicio relinquendus, qui prohiberi à nobis non debet accipere, qui in igne positus nescit ad dere. Ex quo patet, quod carnalis pollutio, etiam vigilantis, si sit sine peccato, non prohibet hominem à sumptione corporis Christi. Multo igitur minus prohibet nocturna pollutio dormientis.

3. Præterea, Nocturna pollutio videtur solam immunditiam corporalem habere. Sed alia immunditia corporalis, que secundum legem impediabant ab ingressu sanctorum, in noua lege non impediunt à sumptione huius sacramenti: sicut de muliere partente, vel menstruata, vel fluxum sanguinis partente, scribit beatus Greg. * August. Anglorum. p. scopo. Ergo videtur, quod neque etiam nocturna pollutio impediât hominem à sumptione huius sacramenti.

4. Præterea, Peccatum veniale non impedit hominem à sumptione huius sacramenti, sed nec etiam peccatum mortale post penitentiam. Sed dato, quod nocturna pollutio promerit ex aliquo peccato precedenti siue crapula, siue turpium cogitationum, plerumque tale peccatum est veniale: & si aliquando sit mortale, potest contingere, quod de mane penitet, & peccatum suum confitetur. Ergo videtur, quod non debeat impediari à sumptione huius sacramenti.

5. Præterea, Grauius peccatum est homicidium, quam fornicatio. Sed si aliquis de nocte somniet se homicidium perpetra re, aut furtum, aut quodcumque aliud peccatum, non propter hoc impediatur à sumptione corporis Christi. Ergo videtur, quod multo minus fornicatio somnata cum pollutione, subsequente, impediât à sumptione huius sacramenti.

Sed contra est, quod Leuit. 15. dicitur, Vir, de quo egreditur semen coitus immundus erit vsque ad vesperum. Sed immundus non pat. t. aditus ad sacramenta: Ergo videtur, quod propter pollutionem nocturnam aliquem impediatur à sumptione huius sacramenti, quod est maximum sacramentum.

Respondendo dicendum, quod circa pollutionem nocturnam duo possunt considerari. Vnum quidem, ratione cuius ex necessitate impeditur hominem à sumptione huius sacramenti, nisi propter pec-

siate impeditur hominem à sumptione huius sacramenti. Aliud autem, ratione cuius non ex necessitate impeditur hominem ab huiusmodi sacramenti perceptione, sed ex quadam congruentia. Ex necessitate quidem impeditur hominem ab huius sacramenti perceptione solum peccatum mortale. Et quamuis nocturna ipsa pollutio secundum se considerata, peccatum mortale esse non possit, nihilominus tamen ratione sua cause quandoque habet peccatum mortale annexum. Et ideo consideranda est causa pollutionis nocturnæ. Quandoque enim prouenit a causa extrinseca spirituali, scilicet, ex demonum illusionem, qui sicut in prima parte habitum est, phantasmata commouere possunt, ex quorum apparitione pollutio interdum subsequitur. Quandoque vero prouenit pollutio ex causa intrinseca spirituali, scilicet, ex præcedentibus cogitationibus. Aliquando autem ex causa intrinseca corporali, vel ex superfluitate siue debeatate nature, siue etiam ex superfluitate cibi, vel potus. Quilibet autem harum trium causarum potest, & sine peccato, & cum peccato veniali, vel mortali existere. Et si quidem sit, sine peccato, vel cum peccato veniali, non ex necessitate impeditur sumptionem huius sacramenti, ita, scilicet, quod homo sumendo sit reus corporis & sanguinis Domini. Si vero sit cum peccato mortali impeditur ex necessitate. Illusio enim demonum quandoque prouenit ex præcedente negligentia preparationis ad * deuotionem, que potest esse & mortale & veniale peccatum. Quandoque vero prouenit ex sola nequitia demonum, volentium impedire hominem à sumptione huius sacramenti. Vnde legitur in collationib. Patrum, quod cum quidam frater patere tur pollutionem semper in festis, in quibus erat communium andum semores, comperio, quod nulla causa ab ipso præcesserat, decesserunt, quod propter hoc à communionem non cessaret: & ita cessauit illusio demonum. Similiter etiam præcedentes cogitationes lasciuæ, quandoque possunt esse omnia sine peccato, puta, cum aliquis causa lectionis, vel disputationis cogitur de talibus cogitare. Et si hoc sit sine concupiscentia & delectatione, non erunt cogitationes immunda, sed honesta. Ex quibus tamen pollutio sequi potest, sicut patet ex autoritate Aug. * supra inducitur. Quandoque vero præcedentes cogitationes sunt ex concupiscentia, & delectatione: & si adsit consensus, erit peccatum mortale: si autem desit, erit veniale. Similiter etiam causa corporalis, quandoque est sine peccato, puta, cum est ex infirmitate. Vnde & quidam, et in vigilando, ab que peccato fluxum seminis pariuntur. Vel etiam si sit ex superfluitate nature. Sicut n. contingit, sanguinem fluere absque peccato: ita & semen, quod est superfluitas sanguinis, secundum Philosophum. * Quæ doque vero est cum peccato, puta, cum prouenit ex superfluitate cibi, vel potus: & hoc etiam potest esse peccatum veniale, vel mortale, licet frequentius peccatum mortale accidat circa turpes cogitationes propter facilitatem consensus, quam circa sumptionem cibi & potus. Vnde & Gregor. * scribens August. Anglorum Episcopo, dicit cessandum esse à communionem, quæ do ex turpibus cogitationibus prouenit, non autem quando prouenit ex superfluitate cibi vel potus, præsertim si necessitas adsit. Sic igitur ex causa pollutionis, considerari potest, virum nocturna pollutio impediât ex necessitate sumptionem huius sacramenti. Ex quadam vero congruentia impeditur quantum ad duo, quorum vnum semper accidit, scilicet, quædam seductio corporalis, cum qua propter reuerentiâ sacramenti, non decet ad altare accedere: vnde & volentes tangere aliquid sacrum, manus lauant nisi forte talis immunditia sit perpetua, vel diuturna sicut est lepra, vel fluxus sanguinis, vel aliquid huiusmodi. Aliud autem est euagatio mentis, que sequitur pollutionem nocturnam, præcipue quando cum turpi imaginatione contingit. Hoc tamen impedimentum, quod ex congruitate prouenit, postponi debet propter aliquam necessitatem, puta, vt Gregor. * dicit, cum forte esse, aut festus dies exigit, aut exhiberet ministerium, pro eo, quod Sacerdos alius deest, ipsa necessitas compellit.

Ad septimum sic proceditur. Videtur, quod nocturna pollutio non impediât aliquem à sumptione corporis Christi. Nullus enim impediatur à sumptione corporis Christi, nisi propter peccatum. Sed nocturna pollutio accidit sine peccato: Ergo nocturna pollutio non impediât hominem ab huius sacramenti sumptione.

2. Præterea, Greg. * dicit in epist. ad Augustinum. Episcopum Anglorum: Si quis sua coniuge non cupidine voluptatis carnis, sed tantum procreandorum liberorum gratia vitur, ille profectio sine de ingressu Ecclesiæ, siue de sumendo corporis Domini mysterio, suo est iudicio relinquendus, qui prohiberi à nobis non debet accipere, qui in igne positus nescit ad dere. Ex quo patet, quod carnalis pollutio, etiam vigilantis, si sit sine peccato, non prohibet hominem à sumptione corporis Christi. Multo igitur minus prohibet nocturna pollutio dormientis.

3. Præterea, Nocturna pollutio videtur solam immunditiam corporalem habere. Sed alia immunditia corporalis, que secundum legem impediabant ab ingressu sanctorum, in noua lege non impediunt à sumptione huius sacramenti: sicut de muliere partente, vel menstruata, vel fluxum sanguinis partente, scribit beatus Greg. * August. Anglorum. p. scopo. Ergo videtur, quod neque etiam nocturna pollutio impediât hominem à sumptione huius sacramenti.

4. Præterea, Peccatum veniale non impedit hominem à sumptione huius sacramenti, sed nec etiam peccatum mortale post penitentiam. Sed dato, quod nocturna pollutio promerit ex aliquo peccato precedenti siue crapula, siue turpium cogitationum, plerumque tale peccatum est veniale: & si aliquando sit mortale, potest contingere, quod de mane penitet, & peccatum suum confitetur. Ergo videtur, quod non debeat impediari à sumptione huius sacramenti.

5. Præterea, Grauius peccatum est homicidium, quam fornicatio. Sed si aliquis de nocte somniet se homicidium perpetra re, aut furtum, aut quodcumque aliud peccatum, non propter hoc impediatur à sumptione corporis Christi. Ergo videtur, quod multo minus fornicatio somnata cum pollutione, subsequente, impediât à sumptione huius sacramenti.

Sed contra est, quod Leuit. 15. dicitur, Vir, de quo egreditur semen coitus immundus erit vsque ad vesperum. Sed immundus non pat. t. aditus ad sacramenta: Ergo videtur, quod propter pollutionem nocturnam aliquem impediatur à sumptione huius sacramenti, quod est maximum sacramentum.

Respondendo dicendum, quod circa pollutionem nocturnam duo possunt considerari. Vnum quidem, ratione cuius ex necessitate impeditur hominem à sumptione huius sacramenti, nisi propter pec-

Alias deo- rionem & orationem.

arg. 10

Li. 1. de gen. animal. 1. c. 18. a med. & 19. parum. à prin. Lo. citato in iurpes cogitationes propter facilitatem consensus, quam circa sumptionem cibi & potus. Vnde & Gregor. * scribens August. Anglorum Episcopo, dicit cessandum esse à communionem, quæ do ex turpibus cogitationibus prouenit, non autem quando prouenit ex superfluitate cibi vel potus, præsertim si necessitas adsit. Sic igitur ex causa pollutionis, considerari potest, virum nocturna pollutio impediât ex necessitate sumptionem huius sacramenti. Ex quadam vero congruentia impeditur quantum ad duo, quorum vnum semper accidit, scilicet, quædam seductio corporalis, cum qua propter reuerentiâ sacramenti, non decet ad altare accedere: vnde & volentes tangere aliquid sacrum, manus lauant nisi forte talis immunditia sit perpetua, vel diuturna sicut est lepra, vel fluxus sanguinis, vel aliquid huiusmodi. Aliud autem est euagatio mentis, que sequitur pollutionem nocturnam, præcipue quando cum turpi imaginatione contingit. Hoc tamen impedimentum, quod ex congruitate prouenit, postponi debet propter aliquam necessitatem, puta, vt Gregor. * dicit, cum forte esse, aut festus dies exigit, aut exhiberet ministerium, pro eo, quod Sacerdos alius deest, ipsa necessitas compellit.

Loco inu- nunt. dicto ad in. erro. 12. Aug. c. 1.